cap: 9. ſolationem indicans, de quâ Daniel, (ad quem nos Chriſtus remittit,) vaticinatus eſt. Intelligunt autem aliqui per illam abominationem Tyberij vexillú, in ſanctum locum poſitum, aliqui Herodis aquilam auream ſuper fores templi collocatam, aliqui Caligulæ ſtatuam. Aliqui verò falſum Phariſæorum dogma, quod & veri videtur ſimilimum.

2. Triſtiſſima tempora, de quibus Chriſtus: *Væ autm prægnantibus, &c.* Item, *Erit tribulatio magna.*

VSVS.

1. Exemplo Chriſti fideles Eccleſiæ paſtores, ſigna iræ divinæ conſiderare jubeant, ſuosq́ auditores ad ſacram ſcripturam remittant. Apparet etiam ex hoc textu falſum dogma, eſſe abominationem horrendam coram DEO.

II. Conſiliũ Chriſti: 1. *Qui in Judæâ ſunt, tunc tẽporis fugiant ad montes, &c.*

2. Item, *Petite, ne fuga veſtra fiat hyeme vel Sabatho.* *VSVS.*

Quilibet ſummo ſtudio quodvis periculum declinet. Qui enim amat periculum, peribit in illo. Syra: 3.

2. Notetur etiam amor Chriſti erga Judæos,